Oratio dñi Jo. Ant.
ad exhortãdos pncipes
rũ Legato exiſteñ Rm

Que res ceſar per
nie conuentibu
tu adeſſes: eam
clementia couſecuci ·
dignitate tua: ⁊ pro tu
mus imperio: a nr̃o de
mur · Jta cũ primũ de
atũ eſt: quodã tu velu
Pannonos Jllirios: x
q̃ auctem allatura ſit
rũetiaꝫ q̃ ſic oẽs arbit
vt venires: Jdeo veni
ni labẽtiq; nomini atq
poneres · Quam rem
gnopere optaſſe nõ ig
tuo ⁊ occaſionẽ defui
potentiſſimo: ⁊ late fi
non tam expectata oc
neceſſitate graui: tuo
xp̃iani ſunt: tui ſunt ·
perit · Erexiſti igit̃ or
confirmaſti ad ſpem
tuo ad opeꝫ in cõmu
iam principũ illuſtri
quẽ hodierni cõuent
dus aliquod proſper
tes xp̃ianis hodie ill
bent̃ gratie: xp̃iani o
Et vt in hoc glorioſi
hoc Greci qui ſunt

¶Oratio dn̄i Jo. Ant· Cāpani ep̄i Aprut· in cōuētu Ratiſpoñ.
ad exhortādos ꝑncipes Germanoꝝ ꝯ Turcos: ⁊ de laudibꝰ co
rū Legato exiſteñ Rmo dn̄o Car· Seneñ· M·cccc.lxxi·

QUe res ceſar per tot iam annos frequētiſſimis Germa/
nie conuentibus deſiderabatur: vt aliquando preſens
tu adeſſes: eam hoc tempore benignitate ſumus tua et
clementia couſecuci · Feciſti quod omnes te facturum :et pro
dignitate tua: ⁊ pro tuoꝝ ſalute ſperabamus: vt qui tuo ſubera
mus imperio: a nr̄o defenſi imperatore: atq̃ adiuti eſſe videre/
mur· Ita cū primū de cōuentu hoc: mox de tuo aduētu pronūci
atū eſt: quodā tu veluti flatu ſpei ac leticie Germaniā Italiā
Pannonos Illirios: xp̄ianū deniq̃ orbē oēm recreaſti· Nō ſolū
ꝗ auctem allatura ſit rebus deliberādis p̄ntia tua maximā: Ue
rūetiā ꝗ ſic oēs arbitrant̄ te ideo cōuentum hunc decreuiſſe:
vt venires: Ideo veniſſe vt defenderes tuos: ⁊ cadenti religio/
ni labētiq̃ nomini atq̃ imperio chriſtiano: manū dorſumq̃ ap
poneres· Quam rem voluiſſe te ceſar: ⁊ annos iam multos ma
gnopere optaſſe nō ignoramus· Sed tēpora vidimus deſiderio
tuo ⁊ occaſionē defuiſſe· Nunc vero inſtāte mari ac terra hoſte
potentiſſimo: ⁊ late fines nr̄os incēdente: inſurrexiſſe viſus es
non tam expectata occaſione aliqua meliore ꝗ̄ olim fuerit: ſed
neceſſitate graui: tuorūq̃ miſericordia cōpulſus· Nam quicūq̃
xp̄iani ſunt: tui ſunt· Et quicquid iam deperit: tuo imper io de
perit· Exexiſti igit̄ omniū mentes: ciuitates finitimas thurcis
confirmaſti ad ſpem aliquā reſiſtendi: xp̄ianos ceteros exēplo
tuo ad opeꝫ in cōmune ferendā excitaſti· Nec quiſq̃ eſt: aut ho/
rum principū illuſtriſſimoꝝ qui adſunt: aut alius quiſpiā: ad
quē hodierni cōuentus noticia peruenerit: qui nō exiſtimet ſy
dus aliquod proſperū ac felix: poſt tot fluctuoſiſſimas tēpeſta/
tes xp̄ianis hodie illuxiſſe· Quibus pro rebus vndiq̃ tibi ha/
bent̄ gratie: xp̄iani omnes vitā tibi diuturnitatemq̃ precant̄·
Et vt in hoc glorioſiſſimo ꝓpoſito perſeueres ⁊ perſtes: orant
hoc Greci qui ſunt reliqui· hoc Illirij qui quotidie vexant̄· hoc

Dalmati finitimi thurcis:hoc tui qui nūc incendunꝬ:hoc xp̄ia
ni oēs qui vires habent:caput hactenus nō habuerunt: a te po
ſtulant.Qui omnes hac noua p̄ntia tua ⁊ cetu illuſtriſſimoꝛuꝫ
principū quos tu ad hunc locū cōuocaſti:ſubuentū iri calami/
tatibus ſuis ſperant:⁊ repꝛimi ac repelli ab ipoꝝ ceruicibus ho
ſteꝫ poſſe. Aut:aut vtcūqꝫ euentuꝝ ſit:haberi per te aliquā hoc
in loco de ſuis miſerijs ratione ſeſe conſolanꝬ:⁊ nec oīno deſti
tutos ſe putant ꝙ vnus ſit locus in oꝛbe terraꝝ in quo de eoꝛū
ſalute cogiteꝬ. Paulo ponti·maximo ꝙ̄grată rem feceris:quā/
tū addideris ſpei:facile licet intelligere·Qui cū perpetuo pōti
ficatu cogitatōes ſuas oēs ad id vnū ꝯuerterit:vt cōi mău xp̄i
anoꝝ incendio ſubueniretꝬ·Atqꝫ ea de cauſa pacem Jtalie:ſocie
tatē regum:concoꝛdiā principū Europe omni ſtudio diligētia
qꝫ queſierit· Jnſteterit lr̄is:nūcijs:legatiſqꝫ cōtenderit:nō ſum
ptibus grauiſſimis:nō laboꝛibus ſuis ſuoꝛūqꝫ pepercerit·Et ꝓ
ximo biennio nō ſomnū prope dică ſibi indulſerit: nō cibū: nō
quietē:illud verſabat animo atqꝫ expetebat: vt paci Jtalie nup
quadă ſua dică pertinaci diligētia cōfecte:Germanie etiă con
coꝛdia iungereꝬ·Qđ hoſti potētiſſimo altera ſine altera par eſ
ſe nō poterat.vtraqꝫ ſimul facillime poterat·Que res cum par
te curatū iri videaꝬ:quanta ſit ſpe leticiaqꝫ affectus:ipſe poteſ
exiſtimare· Jta cū primū ab eo legatū ad cōuentū hunc poſtu/
laſti:non hoīs illa tua poſtulatio ei viſa eſt:ſed vox dei ſalua/
toꝛis:⁊ ꝓclamatio quedă celeſtis exiſtimata ·Erexit ſubito vul
tū:ſupplicationes omniū oꝛdinū decreuit:per vrbem totā ſecu
tus ppl'm pedibus:vbi ad templū Minerne peruenit·Vidit ro
ma:viderūt omniū oculi conſtratū ad aram Saluatoꝛis:⁊ miſe
ratione eoꝝ qui perijſſent:⁊ metu eoꝝ qui eſſent periculo ꝓxi/
mi:⁊ vt cōſilia tua bene proſpereqꝫ ſuccederent:diu inter p̄can/
dum ſuſpirandūqꝫ magnā vim ꝓfudiſſe lachrimaꝝ· Et vt tua
eadem cōſilia modis omnibus iuuarenꝬ exemplo: nulla inter/
poſita moꝛa miſit tibi eum legatū quē vides: quem vt nihil de
eius eximijs virtutibus dicaꝫ:⁊ ſciebat maieſtati tue eſſe cariſ
ſimū:⁊ ardoꝛe quodam gentili ac familiari per veſtigia auūcu/

li ſui Pij ſecundi iturum ad hanc expeditionẽ non dubitabat.
Habes igitur Legatũ ⁊ tuũ ⁊ educatum in Germania tecum:
qui cum ceteris in rebus moderatiſſimũ ſe prebeat: in hac vna
conſultatione belli tam neceſſarij acerrimũ ſe exhibuerit Ro-
me in collegio patrũ ſemper: ⁊ nunc pace ac venia tua dixerim
paratus ſit ⁊ te ⁊ alios omnes vigilijs: laboꝛibus: periculis ad-
equare: vt legatum ſe preſtet prime ſedis: ⁊ ex eo eſſe auunculo
pontifice oſtendat. Qui nõ modo huic expeditioni incipiende
appoſuerit curam ſed etiam in iam cepta vitam depoſuerit. Jã
tuarũ partium erit eius opera ſic vti: vt omnes poſſint intelli-
gere Fredericũ ceſarem (imperatoꝛem xpianoꝝ) nihil quod ad
chriſtianoꝝ defenſionẽ pertineat: neqꝫ conſilio: neqꝫ opera: ne-
qꝫ dictis: neqꝫ factis pretermiſiſſe. Et quã ſpem hodie xp̃ianis
poꝛrexerit: eam quantis maximis poteſt viribus: impedio laboꝛi-
bus: periculis velle exhibere. ¶ Due res in periculo aguntur: re-
ligio atqꝫ imperiũ. quarũ altera precipua tua eſt: altera cõis ti-
bi cum nobis omnibus. Et perire imperium ſine religione vix
poteſt. religio ſine imperio nullo modo poteſt. Tum res Ce-
ſar ad hunc diem ita tulit. vt nuſq̃ꝫ ſublata ſit religio xp̃iana:
niſi vbi prius xp̃ianũ imperiũ amiſerimus. Uno ꝯſilio atqꝫ ope-
ra tuebimur vtrũqꝫ: vna iactura vtrũqꝫ amittemꝰ. Nec ſine his
aut tibi aut nobis retinenda vita eſt: ſed moꝛiendũ prius om-
nibus: quã vt aut tuo potiatur imperio thurcus: aut nos no-
ſtram ⁊ maioꝛũ noſtroꝛum ſanctiſſimã ac veriſſimã religionez
exuamus. Nec ego opem a te aliquam ceſar xp̃iane religioni de-
poſcerem: ſi rationibus argumentiſqꝫ premeremur. Muniti ſu-
mus his diebus abunde: nec quicq̃ꝫ aut oculi vident tam cla-
rum: aut audiunt aures tam certum: aut tam manibus tangi-
tractariqꝫ poteſt: quã religionis noſtre ſanctitas: veritas: certi-
tudo: ſed armis impetimur: armis impugnamur. Uetant thur-
ci diſceptari de ſuperſtitione Mahumetica: quia quid aſſerere
poſſint minime habent: et ferrum querere de religione audien-
tibus: moꝛtemqꝫ proponunt: armis damnatas ipſoꝛum opini-
ones cõmunierunt: quia neqꝫ rationibus cõmunire: neqꝫ oꝛa-

culis:neq; tabulis:neq; teſtimonijs potuerũt. Et intelligũt tã
tas impuritates atq; flagitia:in quibus miſeri veluti legis ſor
de quadã decepti volutant̃:nihil habere nõ nephariũ:impiũ:
ſceleratũ:ꝛ quod nõ modo cõfutari poſſit facile:ſed etiam iu-
re debeat reprobari ſecta impudica atq; ĩmunda:ꝛ in qua nul-
lum ſit peccatũ aliud q̃ nõ peccare:ꝛ que oĩa libidinis ꝛ flagi-
cij gratia nõ permittat modo ſed precipit:ꝛ que ab adultero cõ
ficta eſt:in ſtupris adulterijſq; verſatur. Adulterũ emim fuiſſe
Mahumetẽ:ꝛ Chadelingã ſuam propinquã cõſtupraſſe: ab ea
q; heredẽ inſtitutũ: ꝛ cuz infinitis prope feminis miſceri ſolitũ
idq; ſe facere poſſe gloriantẽ:que littere que hiſtorie nõ tradũt
Hic nobis preponit̃ cui credamus:quẽ veneremur:cui virgĩes
cõmittamus noſtras:cuius aucte promiſcue cum propinquis:
cum feĩs:cũ maribus cõſpurcemur:cui nõ modo ſi cõtradicas:
aut paulo plus aduerſare. Sed etiã ſi queras non de ſe mone-
at:nõ te probet:ſed ferro ſtatim aduriat̃:adeo nihil aliud vult
ſcire ſuos q̃ vltra cecos eſſe. Quid in noſtra religione tam ꝛ ſi
errorẽ intelligo meum:qui auſim hominẽ cõtaminatiſſimũ ac
ſceleratiſſimũ cũ vero deo:cũ nõ modo ĩmaculato ipſo:ſed im-
maculate etiã virginis filio cõparare: ꝛ quẽ Mahumetes ipſe
e celo veniſſe:ꝛ e virgine natũ eſſe nõ negat:ſed cõferamus te-
nebras luci:mendaciũ veritati. Sit hoc primũ quo inſtem⁹:ne
minẽ vnq; crediſſe Mahumeti:niſi coactũ armis. Nemineʒ a
xpi fide:niſi armis coactũ defeciſſe. Et cum ille ferro: vt hoĩes
ſibi aſſentirent̃ cõpelleret:Xp̃o neq; per ferrũ: neq; per mortes
varias quo minus aſſentirent̃:cohibere potuiſſe. Deĩde vetat
Mahumetes diſputari de ſuis p̃ſagijs:ꝓhibetq; ſuos ab inqui
ſitione dei:a ſtudijs ph̃ie ꝛ rerũ oĩm que in veri cognitiõe ver
ſent̃. Atq; ita vanis dũtaxat fabulis ꝛ deliramentis obcecauit:
quos intueri lucẽ ꝓhibuerat. At xp̃s dũ vir annũ nactus duo-
decimũ:diſputauit in tẽplo cũ phariſeis de miſterijs ꝛ lege. tũ
ꝛ docuit ipſe diſcipl̃os in terris:ꝛ ſp̃m ſcm̃ e celo miſit qui do-
ceret:ꝛ ſciaꝝ oĩm ſplẽdore illuminauit. Accedũt ꝓphete:quoꝝ
lingue non ipſoꝝ ſed dei ſemꝑ eſt habita. Hi cũ de Mahumete

ne vnũ quidẽ fecerint verbũ xp̄i cõceptũ:natalẽ:vitã:mortẽ:re
ditũ ad vitã:deſcẽſum ad inferos:aſcenſum ad celos: infuſiõꝫ
pacliti:⁊ deniqꝫ facta dictaqꝫ ei⁹ exp̄ſſerunt· Cũ Sibille quoqꝫ
cũ Mahumetẽ ne ſomniauerit quidẽ:vẽtuꝝ e celo Jeſũ: ortũqꝫ
de v̄gine habituꝝ p̄cinerũt:nomẽqꝫ etiã ipſius l̄ris exp̄ſſerunt
Et Herodes vir dũ natũ xp̄m:natũ regeꝫ intellexit·Qua de cã
infantes iudee oẽs:inter quos ⁊ filiũ ſuũ iuſſit occidi:vt cõſtet
Octauiũ auguſtũ dicere ſolitũ·Malle ſe herodis porcũ eſſe q̄
filiũ.Qꝛ porco quo iudei abſtinent p̄ceret:filio herodes nõ pe/
percit·Et Auguſtũ idem qđ Herodes in Siria de pueris ad bi
matũ iugulatis:niſi obſtetiſſet ſenatus:Rome quoqꝫ facere vo
luiſſe·Qđ p̄digiſſet in vulgũ per eos ipſos dies deũ natũ eſſe
nature·Et paulo poſt:regẽ orbis terraꝝ a iudea aduentare:qđ
ceci quidã Veſpaſiano attribuerũt:qui poſtea bellum in Siria
geſſit.Hec oĩa ſole ipſo clariora:⁊ ne quid dubites:nõ in xp̄ia/
noꝝ notata ſcriptis:ſed in hoĩm illius t̄pis ⁊ qui xp̄iani nõ fu
erũt libris inuenta ſunt·Sed quid:Si hec nõ adeſſent quã ob/
ſecro mentẽ nõ mouerent tot miracula ſctõꝝ:exuſcitatos mor/
tuos: tranatata maria:hoĩes imperitos: agreſtes:piſcatores:
vno momento ⁊ puncto t̄pis oẽs ſcias:oĩm nationũ linguas p̄
didiciſſe·Et repente:alios in Indiã:alios in Perſidẽ: alios in
Armeniã:alios in Italiã diuerſaſqꝫ natiões p̄fectos:vbiqꝫ ſer
mone cuiqꝫ accõmodato predicãdo nõ vi ſed rõe:nõ armis ſed
miraculis:nõ magis ⁊ fabulis ſed miſterijs ⁊ p̄ceptis:non infe
rendo alteri mortẽ ſed vltro ac ſponte accipiendo: ciuitates:re
gna:prouincias ꝯuertiſſe· Quã inquã mentẽ nõ mouebũt tot
hoĩm milia:qui vt xp̄iani fierent:⁊ Jeſum verũ deũ veri dei fi/
liũ teſtarent̄:in cruciatus ⁊ mortes:principes:priuati:iuueneſ
ſenes:mares:feĩe:nupte:virgines cõcurrerũt:coronãqꝫ marti/
rij ſanguine tormentiſqꝫ popoſcerũt·Sed fac aliquid adhuc eſ
ſe querendũ iure exploratiſſimũ:⁊ ſolis lucẽ illuſtrandã:an ip̄a
religiõis nr̄e ſcitas honeſtaſqꝫ ſũma·⁊ ſi nulla ſuppeterẽt argu
mẽta:nõ oĩb⁹ recipiẽda atqꝫ ãplectãda eẽ viderent̄· Quid p̄ci/
pit:quid ſuadet tibi lex xp̄i: niſi oĩa plena caritatis: pudicicie:

diuinitatis· Equidẽ ſcio fuiſſe gentiũ diuerſaꝝ ꝯplures ſectas
qꝛ natura inſitũ eſt oĩbus: vt celũ aſpicientes aliquẽ eſſe facto/
rem ⁊ moderatorẽ rerũ tantaꝝ ⁊ taꝫ pulcherrimaꝝ exiſtimemꝰ
eũqꝫ quantũ capere humana mens pōt admiremur: colamꝰ: ve
neremur: ⁊ qui quãtuſqꝫ ſit intelligere ⁊ placere cupiamꝰ· Qua
in re neceſſe fuit decipi multos: dũ plus mente aſſequi q̃ꝫ ocu/
lis cernerẽt ſe poſſe putauerũt· Sed nulla vnq̃ꝫ facies religiõiſ
turpioꝛ ⁊ ſceleratioꝛ q̃ꝫ mahumetis· Nulla honeſtioꝛ ⁊ ſanctioꝛ
q̃ꝫ xp̄i· Coluerũt Monadũ quidã nõ procul a Tanai flumĩe ar
boꝝ truncos: ⁊ vt queqꝫ eſſet vetuſtiſſima: ita plurimũ hr̄e diui
nitatis arbitrabant̃: qḋ dei eſſet quẽ longiſſime viuere· Colue
runt Egyptij bouẽ Felẽ Cocodrillũ: quos qui paulo violentiuſ
attigiſſet capitis ſupplicio dãnabat̃: qḋ quedã ab ijs beneficia
ꝯſequerent̃· Coluerũt Thebani aquilã: ꝙ altiſſime volãs quã
dam hr̄e cũ deo vicinitatẽ: atqꝫ ideo venerandã eſſe a moꝛtali/
bus opinabant̃· Coluerũt Scithe ouem: ꝙ animantiũ oĩm eſſe
homini cõmodiſſima ac mĩme noxia putaret̃· Coluerũt Sardi
ꝗ fuerũt in Aſia etiã Simias: ꝙ magnã hr̄e cũ hoĩe ſiſitudinẽ ⁊
lineamẽtis coꝛpis ⁊ induſtria ingenij viderent̃· Coluerũt Si/
minthei in Phrigia mures: ꝙ domi e terra nati comites nocti
um ac dieꝝ nr̄i in delicijs noſtris alerent̃: ⁊ per domos ac tem
pla veluti et hoĩm ⁊ deoꝝ miniſtri verſarent̃. Coluerũt Perſe
aquã atqꝫ ignem: ꝙ his duabꝰ rebus oĩa viuerent: creſcerent:
augerent̃: ita ſi quis aut minxiſſet iu flumen aut in ignẽ cõſpu
iſſet capitale habebat̃· Coluerũt priſci Romani ſingulos animi
affectus: quoꝝ (vt taceã ceteros) Scipio ille p̃clariſſimꝰ ingreſ
ſus Affricã pauoꝛi atqꝫ audacie ſacrificauit· Que quidẽ ſtulti/
tie ⁊ vanitatis plena ſunt oĩa· Ueꝝ q̄ Mahumetes ꝯfinxit ſunt
multo vanioꝛa multoqꝫ abſoꝛdioꝛa· Nã ⁊ inter ſcoꝛta ⁊ flagitia
beatũ ſe iubet exiſtimari: ⁊ per ſtupra celũ ꝓmittit: ⁊ aſinũ ſibi
datũ ait prec ptoꝛẽ ⁊ ducẽ: qui eũ celeritate incredibili deuehe
ret in celũ· Recte tibi Mahumetes dux datus eſt aſinuſ: que ni
hil aliud q̃ꝫ que aſino cõueniãt p̃cipiſti: veluti deo illi eleſpõti/
aco: cui veteres aſinũ cõſecrauerũt· Nec eſt aliud Mahumetes

q̄ Priapus:cui veteꝝ ſtulticia ſacer eſt aſinus. nec aliud Ma/
humetis ſacra q̄ luſtra q̄ floralia q̄ Priapalia·Sed fuerit hec
vanitas·Feramus equo aīo ſtulticiā eius qui hec ꝑcipit:⁊ for/
tez eoꝝ qui cōpulſi ſunt armis vt crederēt miſeremur·Quid q̄
impietate ⁊ ſeuitia Mahumetes oīm exēpla ſuperauit·Macta
bant Rhodij hoīez:cū eſſent deoꝝ aut demonū potius mentez
placaturi:Salamini hoīez ad Diomedis ſacra viuū concrema/
bant·Cohi Dioniſio Lacedemonij Marti hoīez ⁊ ipſi viuū lace
rabāt·Phenices amiciſſimos aduerſa tēpeſtate aut peſtilentia
interficiebant·Laodicenſes virginē Palladi·Curetes pueꝝ ne
ptuno iugulabāt·Greci maris tēpeſtatē ſedaturi:regiā prolem
imolabant:vt effigemā Agamenonis filiā apud Aulidē imola
uerūt·Abderite eū qui eſſet oīm peſſimus iudicat⁹ quot annis
ad templa lapidabāt·Pellei in Tracia·Aricini in latio Diane
peregrinos mactabāt·Oīa hec plena impietatis·Et ꝓdigia po
tius imania atq; efferata q̄ ſacra ſunt exiſtimāda·Sed tn̄ in ſa
cris hec faciebāt·errabāt exemplo maioꝝ: religionis ſpecie de/
cipiebant·At mahumetes hoſtis humanitat inimic⁹:ſangui/
nis oīm machinator:ſceleꝝ nō ſacroꝝ excogitator hoīez ita iu/
bet occidi:vt nec frater parcat fratri imperij cauſa:⁊ vitā ei eri
pi iubeat:quē natura tibi ſimilē imo alterū te:ſanguinē patris
tui:matris tue imaginē ꝓcreauit·Et quicūq; bello hoīem occi
derit ei celū Mahumetes atq; eternitatē polliceat·Glorioſiſſi
me Jeſu q̄ mitis eſt lex tua q̄ benigna q̄ ſancta·Nō ſolū occi/
dendos fratres vetas:ſed inimicos etiā precipis diligendos.
Nec ſanguinē poſtulas hoīs qui hoīs ſaluandi gratia totus es
effuſus in ſanguinē·Nec ē aliud religio xp̄iana q̄ pietas q̄ ve/
ritas:multis ſeculis prius prenūciata q̄ facta·prius mōſtrata
q̄ viſa·Nam ventuꝝ xp̄m Sibille ꝓphete oracula predixerunt·
venientē celi ſtellis·ſtelle magis·magi Herodi.miracula homi
nibus.angeli paſtoribus monſtrauerūt.Poſtq̄ veniſſet·ceci vi
ſuz·muti eloquiū·ſurdi auditū·mortui vitā recuperauerūt·In
fidem xp̄i·in ritus ⁊ ceremonias xp̄ianas·regna·nationes·pro
uincie cōceſſerunt·Ceciderunt templa veteꝝ deoꝝ. aut demo

nū potius ſimulachra corruerūt·ſiluerūt reſponſa aruſpicū· phi
tonū pſagia euanuerūt· Quippe Adriani ceſaris tpe qui pmus
vetuit affligi xpianos·ſiluiſſe orbis terraꝝ celebrata oracula ⁊
vates·qui preſidebāt ea de cauſa· oēs capitis ſupplicio affecti
referunt·qm̄ aduenīete deo ceſſare demonia oportebat· ⁊ fuge
re tenebras mendacioꝝ·vbi dux eſſet exortus clariſſime verita
tis·Tū demū Conſtantinus ⁊ ante eū Philippus ceſaꝝ primi
xpo initiati nomē xpianū ſalutis clipeū receperūt·Galloꝝ regū
primus Clodoueus vlterioꝝ Britannoꝝ Cartonibert⁹ Normā
doꝝ Robertus·Pannonioꝝ Stephanus·Uſigothoꝝ in Hiſpa-
nia Richardus·Longobardoꝝ Agiulphus·Oēs hi reges cum
fuerūt regna quoq; ſecū et prouincias cōtraxerūt· ſeq; oēs ſub
xpi tutela receperūt·Tū precipue maiores vrī qui multos in fi
de xpi anteceſſerūt·templa hec magnifica ⁊ veluti regna q̄dam
ſic edificarūt.edificata locupletarūt· vt quāto ipi ceteros obſer
uātia religionis anteirent·tanto cultu quoq; temploꝝ ⁊ orna-
tu atq; opibus ſuperarint·Et quo maior eſſet futura de his ſu-
is poſteris cura magna ex parte nō niſi principū liberos pēſſe
voluerint·vt eſſet religio cū imperio imperiū cū religione con
iunctum· Et cum res exigeret alterum alteri ferret auxilium·
Nec nullū eſt paulo celebrius templū in Germania in quo nō
aut maiores vrī prefuerūt·aut nunc fratres ⁊ ꝓpinqui preſint
aut paulo poſt(ſi per hoſtē liceat)poſteri vrī ſint pfuturi·Quo
circa par eſt.vt a quib⁹ imperiū accepiſtis ⁊ vitā·ab ijs heredi
taria quadā cōditione ⁊ religionis curā accipiatis· Pro q̄ Hē
rici Ottones Frederici alijq; maiores vrī tot bella in Europa
atq; in Aſia ſuſceperūt·Et q̄ veriſſimā ⁊ ſanctiſſimā eſſe vide
tis.⁊ pres veſtri reliquerūt vobis· ſanguiniq; vrō cōmēdatas
eſſe voluerūt.Eam nunc labantē ⁊ iam niſi ſtatim accurrat col
lapſam tueamini·Neq; templa maiores vrī ad cultū dei. ad or
namentū Germanie·ad preſidiū poſteritatis erexerunt·ea aut
ſpoliata ac deiecta diruant ab impio hoſte· Aut qđ magis ne
fandū eſſet in ſpurcicīe mahumetis ⁊ libidinis prophanent·
¶Altera eſt iactura imperij reꝝ oīm q̄ in terris ſunt maxime ⁊

que nõ modo ad dignitatẽ pertinẽt vite:ſed etiã ad vitã ipam
vt raro imperiũ ſine vita deponit̃:niſi q̄ deponi vita ſepe cum
gloria põt:vt qui pro deo:pro dignitate:pro patria depoſuerũt
imperiũ nunq̄ꝫ ſine dedecore atq̧ infamia põt. Etenĩ traditũ
eſt Germanos p̃cipuos mortaliũ oĩm trahi cupiditate laudis
⁊ glorie·Pro qua maiores vr̃i obijcere vitã periculis: et relicta
patria querere externa regna:imperiaq̧ remotiſſima nõ dubi-
tauerũt·Fecerũt id qđ nobilitas tanta poſtulabat:q̄ enĩ nobili
tas aut q̄ potiꝰ vita ſine gl'ia eſt. a gloria enĩ orta ẽ atq̧ aucta
nobilitas·nulla re alia põt ꝯtineri ⁊ cõſeruari q̄ꝫ gloria·Sed q̄
gloria inter mortales maior q̄ꝫ imperij ⁊ fame:pro quibꝰ rebus
nobiliſſimi quiq̧ oẽs ſubire labores ⁊ pericula ⁊ mortes nõ re-
cuſauerũt·Breuiſſimũ eſt ſpaciũ qđ poſſumus viuere:longiſſi-
mũ qđ noĩari·Et tñ quis aſſequi videt̃ etatis:quantũ eſt eius
apđ poſteros fama duratura· Nec quiſq̄ꝫ diu vixit niſi q cũ diſ
ceſſit e vita:diu inter eos qui in vita remanẽt noĩet̃·Ergo ma
iores vr̃i qui ob partũ virtute ſua ſplendorẽ adhuc ſunt in luce
⁊ noĩant̃:cũ intelligerẽt patriã ſibi ampliſſimã ac potẽtiſſimã
eſſe:⁊ oĩa magnitudine ſitus ac nature illuſtrarentur:veluti ſe
dẽ quandã natã ad imperiũ maximis ſemper ac pulcherrimis
expeditõibus expoſuerũt·Nam de latitudine Germanie nil at
tinet dicere:ꝯũ nõnulli veteꝝ ſcriptoꝝ dubitauerĩt: an finẽ ali
quẽ ſeptẽtrionẽ verſus Germania habuerit· Adeo lata atq̧ im
menſa:vt aut nõ inuẽtus fuerit illiꝰ exitus:aut pro magnitudi
ne inueniri poſſe hoĩes deſperauerint·Sic illi domi cõcordes:
foris ſtrẽnui ⁊ acquiſiere imperiũ:⁊ tantã illuſtriũ viroꝝ multi
tudinẽ pepererũt:ut ꝑ reliquũ orbẽ veluti colonijs nobilitatis
vſq̧quaq̧ deductis familias nobiliſſimas et regias ꝓpagaue-
rint·Nec vlla ſit familia in Gallijs:ne regia quidẽ: nulla ĩ hiſ
pania aut in Italia paulo illuſtrior·Que ſi antiquitatẽ repetat
ſuã:non ſtatim e Germania eſſe ſe p̃dicet:⁊ veluti e ſeminario
quodã vere nobilitatis eſt vobis veniſſe glorient̃. Nã quis ob
ſecro familiã Galloꝝ regũ tã celebrẽ tam laudatã ꝓtulit: Ger
mania Pipino germano auctore·Quis hiſpanie domũ tam in

ſignē que nunc regnū obtinet:ꝛ prope ad Libiā vſqꝫ protēdit.
Germania Ricardo vſigotho germano autoꝛe · Quis tot no-
biliſſimas familias per vniuerſaꝫ Italiā tanqꝫ excuſſo gremio
nobilitatis fudit:ſparſit:ſeminauit Germania Henrico germa
no auctoꝛe:qui Ordelaphos Varanos Malateſtas Māfredos
Galaſſos Feretranos Vicecomites Gonzagas:alioſqꝫ innume
rables ꝛ inſtituit nobiles ꝛ locupletauit:vt vere dici poſſit fon
tem nobilitatis viuū ꝛ perennē fuiſſe Germaniā: aut mare po
tius qđ oēs ꝓuincias Europe ſuo ſplendoꝛe veluti eſtu quodā
nobilitatis inundauit:dum in Galliā:in Hiſpaniā:in Italiā:
nationeſqꝫ alias ꝓpagauit imperiū· Et cum due fuerint ꝓuin
cie victrices oꝛbis terraꝝ:qua virtute partū tenuere imperium
Italia atqꝫ Germania·Germania ſic illā adequauit: vt aliquā
do qđ vno dicā verbo ſubiugarit Italiā·Itaqꝫ maioꝝ veſtroꝝ
virtute:gloꝛia:rebus geſtis:nō modo pꝛecipuā adepti nobilita
tē:ſed imperiū etiā latiſſimuꝫ aſſecuti:ſexcētis·xl·annis potiti
rerū Germani eſtis· Imperiū neſcio quo malo fato noſtro trā̄ſ
latū ad Grecos:ereptūqꝫ Italie in Germaniā deuocaſtis:ꝛ cū
Italia ſola poſt ſublatā rēpubli·vix·ccc·lxx.annis integrū obti
nuiſſet·Id vos duplo fere diuturniꝰ retinetꝭ·Cūqꝫ Italia Tra
ianū Adrianū Theodoſiū Hiſpanos Aurelianū danū Philip-
pū arabē Seuerū afrū Maximianū tracē Diocletianū dalmatē
Iouinianū Valentinianū Probū Deciū Pānonios pertulerit.
Vos magnitudine animi iuncti atqꝫ excelſi:neminē externum:
neminē nō Germanū ꝑtuliſtis·ꝑmāſitqꝫ vobis integrū ad hūc
diē:nullis externis ereptū armis ꝛ ita permanſit:vt nullos hic
aſpiciā pꝛincipes:quoꝝ in familia nō aliqn̄ ꝛ ceſares ꝛ imperium
nō habuerimꝰ· Perfuſaqꝫ fuit maieſtas hec vr̄a imperij per illu
ſtriſſimā quāqꝫ germanici ſanguīs ſtirpē: nō vni alicui attri-
buta vt cōe ſit oībus qđ oīm maioꝛes habuerunt:ꝛ vos oēs hr̄e
aut potuiſtis aut poteritis·Quare nō eſt vt quiſqꝫ vr̄m nō pu-
tet ad ſe pertinere hanc defenſionē dignitatis:ꝛ alter alterum
intueamini:ac veluti nihil ad vos attinētes·Frederici aquilas
negligatis:vr̄e ſunt oīm quas ꝛ maioꝛes vr̄i ꝑtulerūt. ꝛ poſteri

aliqñ preferēt·ꝛ vos Frederico vt ꝑferat cõtuliſtis· Ut enim ſi
gna militaria quãq ab vno aut pauciſſimis ferunt·tñ pro cõi
ſalute atq glia ab vniuerſo defendũt exercitu· Sic ꝛ maieſtas
hec vr̃a imperij quã vnus obtinet delatã a vobis cõmuni oim
preſidio ꝛ viribus eſt ꝓtegenda· Nec ea deiecta atq attrita ex
tincta turpiter germanica gloria· ꝛ demortuo in vobis ſplēdo
re maioꝝ ꝛ fortunis ꝛ impio ꝛ vita ſpoliemini· Q ſi tm̃ eſt ſtu
dium in inquirendo imperio vt inter arma furoreq bellicuz in
ter media tela morteſq decurratur· Quanto maior debet eſſe
diligentia in retinendo·q turpe erit vobis admittere thurcũ
ad Germanicũ imperium·qui ne chriſtianos quidem externos
ad ſocietatez Germanici imperij recepiſtis·Agite cogitate hec
Germani prĩcipes·ſequimini veſtigia maioꝝ veſtroꝝ·qui ſem
per aliena querere imperia nunq ſua amittere conſueuerunt·
Ueniat vobis in mentē quotiens externi reges ꝛ peregrina ar
ma Germaniã inuaſere·q fortiter eos depulerũt maiores ve
ſtri.quibus animis·qua concordia atq conſenſu finem liber
tatēq defenderunt·Et quod illi factitarũt· ne quis vnq felici
ter ſe armis Germaniã aggreſſum gloriaret· Uos quoq quoꝝ
ſi adſit cõcordia·nihilo minores ſunt hodie vires·idē faciatis·
An nõ audiſtis vnq·nõ legiſtis ꝛ perterritũ diui Iulij exerci
tũ Germanoꝝ aſpectu·ꝛ Galliam ab eo non tam Romanis ar
mis· quã equitatu Germanico ſuperatam · An et Octauij au
guſti fortiſſimas quondam legiones contra vos miſſas apud
Cariſtos a maioribus veſtris cõcorditer arma cupientibus ad
internitionem eſſe deletas·ꝛ que reliquũ orbem ad ortum vſq
ſolis perdomuerant·vni concordia Germanoruz exercitui pa
res eſſe non potuiſſe·An et Tyberiũ qui ſucceſſit Auguſto ag
greſſum armis Uindelicos inſurgētibus veſtris·concordi au
xilio breui diſcedere e Germania eſſe coactum·An ꝛ Ueſpaſia
nũ ſummũ poſtea imperatorē a Claudio ceſare cõtra progeni
tores vr̃os miſſum duabꝰ ꝛ·xxx·cõmiſſis pugnis qui poſtea to
tum ſubegit orbem·vincere Germaniã nequiuiſſe.An Antoni
um Aureliũ ꝛ Alexandrũ ceſares et poſtulaſſe a vobis auxiliũ

aduerſus captas:⁊ coactos eſſe p̄ſidia copiaſqꝫ oēs ex Hibernis
oppidiſqꝫ cōcordis Germanie deducere:⁊ natione͂ Germanicā
equis cōditōibus in amiciciā ſocietate͂qꝫ recipere:an ⁊ impera
tores alios expeditione͂ Germanicā veluti inſupabile͂ humāis
viribus reformidaſſe. Nam Traiano qui ad Coloniā Agrippi-
nā ſuſcepit imperiū:nō vi aut armis coacti:ſed māſuetudine ⁊
liberalitate atqꝫ iuſticia inaudita ⁊ incredibili paruiſtis. Sꝫ ce
ſares dūtaxat cōmemoraui. Quid reges gentiū externaꝝ:An ⁊
illud quoqꝫ nō legiſtis:nō audiſtis:magnū Alexandrū cuꝫ do-
muiſſet Illirios Triballos Boeciā Traciā Spartanos Teſſa-
los Achaiā Peloponeſſum oēm:cū Ioniā Lidiā Liciā Ciliciam
Capadotiā Cariā Paflagoniā:cū maiore͂ minore͂qꝫ Armeniam
Siriā Egiptios Parthigenēſes:cū Perſas Tauros Hircanos
Medos Sagas Indos:cū tot pplos:regna imperia ſubegiſſet:
⁊ reſiſtere hoīes:exercitus:arma:orbis deniqꝫ terraꝝ quāt⁹ eſt
vbiqꝫ nō poſſet. Deterritū aſpectu ac fama germanie ad Danu
bij ripā ſubſtitiſſe. Ita qui oīa oriente͂ verſus curſu ⁊ felicitate
victoriaꝝ:veluti te͂peſtas quedā belli decolcauerat. Una Ger-
mania:Germania inquā terraꝝ vna eius quoqꝫ vim repreſſit:
cōpeſcuit impetū:audaciā retardauit. Sic Darius hidaſpis fi
lius:ſic Cyrhus potētiſſimi Aſie reges q̄ꝫ formidādi Germani
eſſent facile oſtenderūt:qui traiecto Danubio: eos nō auſi ſūt
attingere: Scithas bello ſuperarūt. At multo audacior Liſima-
hus ⁊ ipſe rex maximus:cū ingēti coacto exercitu Danubiū tra
ieciſſet:a Romechete rege nō modo victus ſed etiā captus eſt.
Infinitū eſſet nec ſuppeteret dies:ſi victorias Germanorūꝫ:ſi
clades eoꝝ velle͂ cōmemorare:qui aliq̄n armis Germaniā peti
erūt:vt natū ſit inter finitimos prouerbiū male: Qui velit pug
nare cū Germāis pugnet. Et bello pontico cū derites ſeta Ne-
optolomū Cariū ad ſingulare͂ pugnā ꝓuocaſſet:qđ inſimulaſſe
eū de fuga diceret: diffide͂s cauſe Neoptolomus Derite inqt:
Si perire tibi ferro eſt:aīo ſeta es:ꝓpe Germaniā habes:adeo
pereundū oībus exiſtimabāt quicūqꝫ auſi eſſent cū Germanis
qui oīm inuictiſſimi haberent̄ prelio velle cōtendere:vt nō te

mere imperatores Romani veteres illud certatim oẽs enixiſſi
meq̃ cõtenderint· vt quẽadmodũ Scipio a deuicta Affrica Af/
fricanus eſt dictus: ⁊ alter ab Aſia Aſiaticus: ita ipſi ꝓpter ſplẽ
dorẽ prouincie Germanici cognominarent̃· Conſtatq̃ ⁊ Tybe
rium ceſarẽ natum ſibi filiũ: ea ipſa de cauſa quã dixi: hoc ẽ cu/
piditate eximie glorie appellaſſe Germanicũ· ⁊ Domicianũ ac
Neruã ceſares titulis ceteris quos Senatus detulerat repudi/
at[...] ſolum Germanicũ recepiſſe. In quo vno plus ornamenti
eſſe q̃ in ceteris vniuerſis poſitũ arbitrarent̃· Et cum ceteraꝝ
nationũ hoĩes aut pro pedagogis: aut coquis: aut hiſtrionib⁹
haberẽt: ſolos Germanos poſt primũ ceſarẽ diurnis nocturniſ
q̃ excubijs corpoꝝ cuſtodes eſſe voluerũt: ꝙ eos natura ad ro/
bur: ad arma: ad fidem genuiſſet. Sed quid viros tãtope mira
mur: ꝓditũ eſt memorie feĩas quoq̃ germanas ſumpt[...] aliqñ
pro patria armis: ex ĩtegro viroꝝ pugnas inſtauraſſe. Et nll'aꝫ
aliã dotẽ afferre ꝯſueſſe in maritoꝝ domos q̃ frenatũ equũ et
ſcutũ ⁊ frameã: qđ gen⁹ teli apud vos p̃mũ inuentũ eſt· vt etiã
maiores mĩoreſq̃ bõbarde: que nõ mõ rumpi vrbiũ muros: ſed
celũ etiã quati poſſe docuerũt: vt nõ ſolũ bellatores ſemꝑ fuiſſe
acerrimi: ſꝫ inſtrumẽtoꝝ quoq̃ bellicoꝝ inuẽtores ſubtiliſſimi
videamini. Veniebãt ergo feĩe ad arma parate viros adiuture
⁊ ad eadẽ ſtudia bellica ꝓlem auſpicabant̃: vt ꝙ alij iã grãdes
ꝑdiſcũt· Maiores vr̃i a primis in cunabulis: atq̃ a natura ipſa
prius initiati atq̃ addicti armis q̃ geniti: ne dũ nati eſſe vide
rent̃· Tuꝫ neq̃ tẽpla ingredi: neq̃ forũ adire: neq̃ de publicis
aut p̃uatis reb⁹ quicq̃ agere vr̃i maiores niſi armati cõſueue/
rũt· armati rẽ diuinã: armati ꝓphanã: armati vrbanã: armati
domeſticã faciebãt: veterũ numinũ Martẽ precipuũ ꝙ bellis p̄
eſſet coluere· Et inter peritos aſtroꝝ cõſtat vim atq̃ influxum
Martis: hoc ẽ appetitũ quendã armoꝝ: ardoreq̃ bellãdi ineſſe
Germanis· Armaturas atq̃ equos ita expolijſtis ſemꝑ: vt cete
ris in reb⁹ a multis eq̃ti diligẽtia hoc vno ſtudio ⁊ cura oẽs an
teiſſe referamini· Et diu apud priſcos viros mos tenuit: vt non
alia noĩa filijs imponerent̃ q̃ equoꝝ: vt quotiẽs aut aſpicerẽt

filios aut ad ſe vocarēt ſimul equoꝝ quoqꝫ ⁊ memoria ⁊ cura ve
niret in mētē· Nec ſolū his artib⁹ ad arma atqꝫ imperiū( qđ ar
mis parit̄ )inſtruebant̄.ſed natura quā ipſa ad rē militarē diſ
ciplināqꝫ bellicā gignebant̄· Que ⁊ corpa vobis eximia atqꝫ ex/
ſtātia·⁊ vultus quāto pace letos tm̄ bello terribiles· ⁊ ocl'os in
pugna minatiores atqꝫ incēſos·⁊ vocē ad ꝑterrefaciendū pleni
orē·⁊ aīos ad rē paratos ⁊ laudis ⁊ glorie ⁊ imperij cupidos de
dit· Nec minus habitu corpis ꝙ ipſo corpe videmini rē milita/
rē ꝓfiteri· Nā ⁊ coma porrecta Lacedemonioꝝ more. qui oīum
fuere bellicoſiſſimi·⁊ ad pulchritudinē domi ⁊ terrorē belli. Ali
ter vobis.⁊ veſtes nō ꝓmiſſe ⁊ cōplicate vt Italis· nō gibboſe
⁊ ꝑlate vt Gallis·nō ſtrite ⁊ cadētes vt Grecis·nō late ⁊ reiecte
vt Armenis ⁊ Perſis:nō nodoſe ⁊ obligate vt Indis adaptant̄
ſed quales armature cōueniāt:breues:expedite:cōpacte mēbri
Nec mō artus ſingulos:ſed ipſos ꝓpe dicā neruos ac venas ex
primentes:que oīa ſunt bellica militaria caſtrenſia· Ita cū celo
cū natura:cū arte:cū inſtitutis veteꝝ:cū ſtudio ipſi ſuo:cum in
genio quodā cōſenſu ac cōcordia maiores vrī rem geſſerint: et
defenderūt antea ab externis armis germaniā: ⁊ poſtea culmē
hoc imperij in maximū ac digniſſimū pepererūt. Et ſplēdor il/
le Italici imperij in Italia extinctus:in Germania adhuc elu
cet· Elucebitqꝫ ſemꝑ:ꝙdiu maiorū ſecuti veſtigia:quod illi vir
tute:armis:cōcordia pepererūt:id vos virtute:armis: concor/
dia defendetis· Nam quid Germania faciet tota:cū exigua ali
quādo Germanoꝝ portio:⁊ incognite inſule collecta ad Scan/
tiā manu breui oēm Europam ⁊ Affrice atqꝫ Aſie parteꝫ ſubiu/
gauerint· An vos vniuerſi nunc nō modo poteritis quod olim
Gothi exigua pars veſtrū potuere· Aut erit minus in vniuerſo
corpore ꝙ vno in digito viriū· Et illi tam pauci eripere volue/
runt aliena imperia· Uos tam multi veſtrū defendere nō vale/
bitis. Et plus olim feminis veſtris animi fuerit ꝙ nunc vobiſ
ſit viris ad cōem libertatē defendendā· Et dubitabitis ipſi pu
gnare cum Thurco:quoꝝ maiores ſcimus aliquādo contra ce/
li tempeſtates atqꝫ inundationes ſumpſiſſe arma· Et illi in ce/

lum auſi ſint ſuſcipere bellum:quod paulo plus aquarũ infun⸗
dere vos in thurcum qui humanũ ſanguinẽ effundit:inſurge⸗
re atqꝫ armari nõ audebitis. Inuicti inquaꝫ inuicti Germani
eſtis·Si cõuenire in vnũ eſt animo: vt ſemper fere veſtri maio
res cõuenerunt·Si deponetis inteſtinas ſimulctates: quas ne
mo ſapiens in cõmuni periculo non deponendas exiſtimauit·
Jam vicimus concordibus vobis ⁊ arma cum conſenſu capien
tibus:non homines:non exercitus:non regum:non thurcorũ
potentia eſt extimeſcenda.Diſcordibus nulla ſpes eſt:quia nul
le ſunt corpoꝝ vires:vbi corpora corpora eſſe deſierint·Et dire
pta atqꝫ auulſa membra nõ modo robur amiſere omne:ſed ſpe⸗
ciem quoqꝫ ipſam membroꝝ:pulchritudinemqꝫ perdiderunt·
Cũ puer Cirrhi regis in Eufrate fluuio latiſſimo eſſet ſubmer
ſus·Jratus rex deriuari flumen in tricentas circiter foſſas: et
traijci a pueris vſqꝫ quo iuſſit·Jta qui collectus atqꝫ integer la
titudine ingenti formidabatur:in tot diuiſus partes paſſim a
pueris etiam cõtemnebatᷣ·Nec vllum eſt robur tam firmũ atqꝫ
ſolidum quod diuiſim nõ debiliteꝛ:non cadat:non diſſipetur·
Jgnis in ſtipites ſegregatus extinguitᷣ·Domus in lapides di⸗
uiſa corruet·Nauis in tabulis diſciſſa demergitᷣ·Deniqꝫ nihil
eſt quod non concordia conſtet:diſcordia cadat·Dicam fiden⸗
ter ⁊ dicam vera:in vna ſiquidem concordia Germanie ſita eſt
xpianorũ omniũ ſalus.Concordiã veſtram hoc tempore ſi quis
tollet:imperium Germanie tollet:religionem xpianã tollet:li⸗
bertatem cõmunẽ tollet:ſtatum ⁊ vitam:⁊ filiorũ veſtrorũ ſan⸗
guinẽ omniũ tollet·At q̄ꝫ equũ eſt ꝯuenire inter ſe Germanos
qui ſic nominamini:non quia Gallis ſimillimi:vt quidam pu⸗
tauerunt.Quippe aliud robur:alia lingua: alia militia in vo⸗
bis eſt·Sed qm̄ permixti alijs cõiuncti vobis: ꝯmertia externa
⁊ peregrina cõiugia aſpernati·ſemper indigete Germanie hoc
in celo nati:non aliũde deducti:mores quos veſtri maiores ab
initio habuere:ad vltimũ retinetis·Quã ob rem cõuictus qui
dam ſocialis atqꝫ hoſpitalis ⁊ Germanus qui adhuc perdurat
in vobis: cõicatio menſe dextre: per ſingulos dies: occurſuſqꝫ

porrectio·cõcentus ppl'i toti⁹ in tẽplis:veſtiũ per familias ſili-
tudo:cõe omnibus nobilibus militandi ſtudiũ.filioꝝ per alie-
nas domos educatio. Hec paritas ꝓpria veſtra: nulli alteri na
tioni cõmunis· Hec fraternitas:hec germanitas fecit:vt id qδ
eſſe cõſueuiſtis Germani diceremini. Quã igĩt dignuƷ eſt cõ
uenire tam ſimillimos:tam ſociales:ꝛ cõuenire in re adeo pul-
chra:glorioſa:neceſſaria· Ubi glorioſius atqꝫ vtili⁹ capere vni-
uerſi poteritis:q̃ꝫ vbi eſt pro hominibus:pro deo: pro corpore:
pro anima:pro bonis:pro vita dimicandum· Aut ſi pereunduƷ
eſt nobis:qui nunq̃ꝫ concordibus vobis ſumus perituri·Ubi li
cebit glorioſius atqꝫ honeſtius:quã pro tot ac tantis rebus in
acie perire·Quiſquis hoſtẽ metuit:irritat ꝛ ad predaƷ inuitat
qui fugit·Nec quiſq̃ꝫ tam tutus a bello eſt:q̃ꝫ qui eſt animo pre
ſenti paratus ad bellum· Seſeoſis rex Egyptiorũ: cuius mari-
me res bello geſte memorantῦ·cum reges ac duces multos dila
tando imperio cepiſſet:quotquot prelio eſſent capti:ſtatuaƷ ijs
erigi virilem ꝛ robuſtã ac ſplendidaƷ·Qui vero metu aut igna
uia ſe dedidiſſent: ijs muliebrẽ effeminatamqꝫ iubebat· Quis
quis enim belli eſt futurus euentus:Pulcherrimũ erit nobis:
aut inſtantes vincere:Aut ſi vincamur:vinci repugnãtes. Bel
li eritus fortune dãdus perſepe ẽ: illa ipſa q̃ bello adhibetῦ di-
micatio:ſemper eſt virtuti attribuenda·Et muliebris eſt et in-
dignus vita quiſquis:cum opus ſit:ſua nõ auſit contendere et
dimicare pro vita·Q̃ ſi ꝓ gl'ia certari oportet paratiſſima ẽ ma
teria certare pro imperio cũ violentis:pro religione cum perfi
dis:ꝛ nuſq̃ꝫ maiora ſunt propoſita premia:q̃ꝫ vbi ꝛ vobis ac po
ſteris veſtris ſtabilietur imperium. Et non ſoluƷ homines·ſed
deum quoqꝫ gratie debitorem facietis· Et pro breui eriguoqꝫ
labore:triumphi illi marimi felicitatis eterne : infinitiqꝫ pro-
mittuntur· Et omnis etas:omnis ora: omnis natio loquetur:
dicet:predicabit·Tum pulcherrimum eſt nobis ea facere: que
nunc feciſſe eſt om̃ibus glorioſum:ꝛ quibus ceteri ad idẽ faciẽ
dũ ercitentῦ·Sin ꝓ neceſſitate pugnãdũ eſt:vtinã tãto nõ eſſet
Nec eſt hui⁹ tp̃is calamitates nr̃oꝝ cõmemorare:que neqꝫ a me

referri:neqꝫ a vobis audiri poſſent ſine lachrimis:⁊ tot iam an
nos nihil aliud audimus ꝙ̃ clades atqꝫ excidia alia ſuper alia
xp̄ianoꝝ:quibus qui non tangat̃ miſericordia:eũ oēm exuiſſe
humanitatē:⁊ thurcũ videri inter xp̄ianos habendũ eſſe nō cē-
ſeamus: dũ extrema negligimus:ventũ ad infima eſt· Undiqꝫ
ſumus īmuniti dum nō reſiſtim⁹:tot populi:tot principes:tot
reges:tot regna delata ſunt·Ueneti qui·cc· iam annis arx xp̄ia
na ⁊ propugnaculũ noſtrũ fuere:qui ⁊ ſi terra pares eſſe nō po
terāt ꝙ multitudine vincebant̃. Mare tñ vacuũ predonib⁹ in
orientē vſqꝫ:⁊ liberũ a claſſibus turcarũ preſtiterũt:Turcumqꝫ
ipſum diu intra pontũ ac traciā cōtinuerũt:nunc premunt̃ at-
qꝫ oppugnant̃·Amiſſa Euboea patefactus hoſti aditus ⁊ mari
eſt.que inſula olim ꝓpter cōmoditatem receptaculũ claſſis p-
ſice dicebat̃·libere iam thurcus (vt nullũ firmius intulerit bel
lum) ⁊ penetrat ad vos:terra ⁊ mari intuſcũ atqꝫ adriaticũ·hoc
eſt:in ipſa ꝓpe Germanie Italieqꝫ viſcera penetrabit· Incendi
um illud qḋ hactenus dearſit in Grecia:cũ iam aliunde nō ha
beat materiā ardendi:ex Germania atqꝫ Italia queret: Sed q̄
ret dixi:imo iam querit:iam inſtat:iam adurit oīa· Cogita ce-
ſar:cogitate principes:⁊ iterũ ac ſepe cogitate vbi hoſtē habea-
mus ꝙ̃ prope ⁊ ꝙ̃ crudelē ꝙ̃ atrocē:quid parat:quid moliat̃ ꝙ̃
nihil dormiat:niſi cũ vt incōſultiores nos ipſi reddamur:dor-
mire ſe ſimulat:quāto pondere aggrediat̃ res:quātis virib⁹ ꝙ̃
nihil prope tētauerit adhuc diē:qḋ nr̄a ignauia nō peruicerit·
Ad frontē iam habemus nō modo xp̄ianoꝝ hoſtē:ſed oīs xp̄ia-
ni ſanguinis exterminatorē. Reuoca in mentē ceſar:cũ ⁊ hoc ſu
periori anno ad te vſqꝫ penetratũ eſt. Quantā egerit predam:
quot milia tuoꝝ capta ſunt:viri qui tibi parebāt·pueri qui de-
ſtinati erant Maximiliano tuo parere (vt mitiſſime dicā) ſer-
uiũt thurc⁹:ſi modo aut in cunis nō ſunt iugulati: aut nō ſunt
mortui in ſuppliciis· aut in vinculis nō detinentur· Refer in-
quā mentē ad diē ꝑrime incurſionis:que obſcuritas:que tene-
bre:carniole tue fuerũt:qui viroꝝ:qui mulieꝝ vlulatus:q̄ tre-
pidatio:que fuga:que latebre:qui deinde plantus:et eoꝝ q ca-

pti aut occiſi ſunt:⁊ eoꝝ qui ſuperſtites miſeris filijs ſuis eua/
ſere:oĩa cedibus:oĩa cruore permaduere:nõ etati:nõ ſexui par
ſum eſt·Contra ius gentiũ:cõtra pacta humanitatis:contra le
gem nature:cõtra fedus hoĩm:cõtra cõditiones belloꝝ·Senes
occiſi ſunt:pueri ac feĩe:inauditũ mortalibus malũ· Nõ in ſer/
uitutẽ ſed in flagicia: in libidinẽ: in crudelitatẽ abrepti ſunt·
quos miſeros ⁊ infelices adhuc putãdũ eſt traiectos eſſe in iti
nere·Et ſi per cathenas flectere collũ liceat reſpicere ad patriã
implorare te ceſar:circũſpectare vndiqꝫ:retro: a dextra: a ſini/
ſtra.Si quid vſq̃ appareat auxilij miſeris:ſi quis ſit qui pro ſe
arma ſuſceperit:ſe tibi:ſe deo:ſe hoĩbus:ſe montibꝰ cũ vidẽt ſe
fluminibꝰ cũ traijciũt cõmendare miſeri: quibus nec tu potes
nec ceteri curãt auxiliari·videbũt miſeri:videbũt cõſeruos:ꝓ/
pinquos ſuos ſuperioris anni predã catenati catenatos:deſpe
rati deſperatos intuebunt:lachrime intercurrẽt lachrimis:ſin
gultus ſingultibus cõmiſcebunt:⁊ videre ſe ad dolorẽ ⁊ luctuꝫ
poterũt:ad ſolatiũ tangere et affare nõ poterunt· Sed de illis
actum eſt:perierũt iam nobis:De his qui ſuperſunt:ſi quo pa/
cto ſaluari poſſint:imo poſſimus. Cogitandũ eſt nobis ꝙ ſi lõ/
go interuallo tm̃ tibi infert calamitatis:quid factuꝝ cenſes cũ
tibi acceſſerit ꝓxime·Nec excurſionibꝰ minabit̃ a tracia:ſed ab
Illirijs finitimis tuis tota mole belli ĩminebit: An remiſſiorẽ
futuꝝ eũ cẽſes ſequẽti anno q̃ ſupiore q̃ hoc fuerit· Lupꝰ quo
plus rapit hoc fit efferatior·Et qui ſemel cupiditate imperãdi
imperij fines exceſſit ſui:nunq̃ alieno põt eſſe cõtentus·Crede
mihi nõ cõtinebit̃ in triballaꝝ montibus is qui nihil aliud q̃
Germaniã atqꝫ Italiã ꝯcupiſcit·Qui nihil adeptũ ſe putat: ni
ſi ⁊ hac noua ſede nr̃i imperij:⁊ illa veteri labefactata ceſarũ ac
pontificũ nomẽ maieſtatẽqꝫ oẽm ex Germania Italiaqꝫ deleue
rit·Nec eſt vt aut fidem ſperes ab infideli: aut miſericordiaꝫ a
crudeliſſimo:quas at tibi turpiſſimũ eſſet expetere:⁊ ille preſta
re nemini cõſueuit·Imperatorẽ Cõſtantinopolitañ ⁊ Trapezũ
tiũ:regẽ Boſſine:⁊ Sinopenſeꝫ·Si requiras quos tm̃ media pa
ce:durã te adhuc federe oppreſſit oẽs:ne oſſa quidẽ inuẽta ſũt

adeo cum crudelitate ĩmanis eſt adiuncta perfidia:cum perfi/
dia inaudita crudelitas:⁊ cũ nemini parcat atrociſſimo tñ no/
biliſſimũ queq; perſequit̃. Nec auidius per gregarios ſeuit mi
lites ⁊ imbellẽ multitudinẽ ꝙ per illuſtriũ principũ capita illi
us rabies debachat̃. Quoꝝ cũ ad hunc diez ceperit multos:cõ/
ſeruauit nullũ:hos ſecat medios:hos traiectat palo:hos omni
noua ſuppliciorũ acerbitate diſcruciat. Ita generoſiſſima illa
Germanoꝝ nobilitas:que parere alijs gratiã ⁊ reuerentiaz ſo
let:thurco crudelitatis ꝓbebit incitamentũ. An ſeruatuꝝ eum
filios putatis veſtros:qui oliz ſtrangulauerit fratrẽ ſuũ infan
tem:filiũ patris ſui. Qui inquã olim fratrẽ ſuũ infantẽ fratris
ſui filiũ ſtangulauerit. An retentuꝝ vobiſcũ ſpeciẽ aliquã beni
uolentie:qui cum ipſa quoq; natura humanitatẽ nõ teneat. et
eo cõſilio faciat amicos:vt quos apertis viribuſ nequeat:occul
ta poſſit perfidia capere. horret animus:⁊ celi auertant omen:
verendũ eſt. Sed quid verendũ dixi videmus ⁊ tangimus. niſi
hodierno cõuentu opera tua ceſar ⁊ vram principes prius quã
diſceſſum hinc fuerit de cõi ope atq; auxilio ſtatuat̃. Idez vos
qđ Cõſtantinopolitani:quod Trapezuntij: qđ Boſſinẽſes: qđ
Sinopenſes perpeſſi ſunt. Et quo nobiliores eſtis: eo crudeli⁹
atq; atrocius eſſe paſſuros. Nunc inſurgendũ eſt fruſtra pau/
lo poſt inſurrecturi:priuſꝙ erumpat totus in nos illi⁹ impet⁹:
reſiſtendũ eſt. Nam vbi eruperit veluti perfracto magni flumi
nis aggere:nulla mole:nullis obijcibus poteritis cõtinere:qn
ruine ⁊ ſanguinis eluuione oĩa cõplent. Nec minus eſt pericu/
lis noſtris celeritate ꝙ viribus. Quicquid negligit̃: quicquid
differt̃ pro mora mors eſt. Ueluti in egroto ⁊ valde affecto cor/
pore:niſi accurras tpe fruſtra poſt tẽpus occurrit̃. Nunc Italia
vigilãtiſſimi pontificis opera: pacata eſt oĩs ipſe que ad hanc
expeditionẽ pertineãt: auxilia vndiq; corrogat. Ferdinandus
rex ⁊ aĩo ⁊ conſilio clariſſimus magnis ſepe cõditionibus ſoci⁹
poſtulatus a thurco:nõ modo legationes illius reiecit omnes
ſed qđ ſapientiſſimũ ⁊ cõſultiſſimũ regem decuit:eum ſibi ini/
micũ declarauit. Interea orã maritimã:⁊ portus:ſtationeſq; re

gni cõmuniuit oẽs: ⁊ claſſem magnã cõfecturus. Triremes ali
as ſuper alias edificauit: ⁊ indies nõ ceſſat edificare. Et his di
ebus tres ⁊ .xx. triremes: quatuorq; naues onerarias bello ma
ritimo inſtructiſſimas in ſupplementũ claſſis venete ſubmiſit
Et ſuperiore menſe cũ de cõuentu hoc Germanie intellexiſſet:
ſpe auxilij vr̃i aggreſſus: bellũ Valonã epiri oppidũ incendit.
Atq; ita de hoc bello ſollicitus: vt qui intelligit periculũ in ne
gligẽtia maximũ ac manifeſtiſſimũ in ſuſceptione nõ belli: ⁊ ſe
curitatẽ poſteris ſuis ⁊ gloriã ſibi ampliſſimã eſſe propoſitam:
Galeatius dux inſubriũ etate adoleſcens: animo ⁊ cõſilio maxi
mis: opibus vero quantis nulli regibus Europe maiores obti
gerũt per veſtigia parentũ: quorꝝ alter vir clariſſimus ⁊ omniũ
etatũ memoria digniſſimus cõuentu Mantuano ſcimus quan
tum p̃ñtia ⁊ cõſilio iuuerit. Altera eodẽ tp̃e audita Raguſinorũ
depopulatiõ Czenonẽ Cremonẽſem claruꝫ centurionẽ: merce
de ſua conductũ: ſubita manu in auxiliũ miſit: vt Raguſini ad
huc faterent̃ illius clariſſime ⁊ ſanctiſſime fe͞ie beneficio rẽ eo
rum perſtare. Nihil videt̃ p̃termiſſurus quo minus ſe ex ijs ge
nitũ ⁊ xp̃ianiſſimũ principẽ exhibeat. Nec expectare aliud q̃ȝ vt
ad ventũ bellũ ſuſcipiat̃. Veneti ſup̱iore iactura exciti mag⁹ q̃ȝ
deterriti oẽs ſe facturos conatus ⁊ mari ⁊ terra pollicent̃. Alij
principes ⁊ ciuitates Italie: ⁊ ipſe quibus poterũt auxilijs ade
runt. An igit̃ eſt vobis hec tãta occaſio: tanta oportunitas quã
ta neſcio an vnq̃ȝ aderit p̃termittenda. Vtendũ eſt pace Italie
dum habet̃. quia nihil vnq̃ȝ fuit diu cõcors qđ nõ ex vni⁹ volũ
tate ſed multorꝝ arbitrio pependit. Et breuiſſima eſt occaſio q̃
optima. Q᷒ ſi nunc in tanta hoſtis nr̃i inſolentia: in tãta neceſ
ſitate noſtrorꝝ. in tanta oĩm expectatiõe. in tanto apparatu Ita
lie. nihil hoc in loco ad cõem ſalutẽ deliberet̃. Actũ eſt fundit⁹
perimus. nihil amplius refugij. et ne ſpei quidẽ eſt ſi hodie nõ
eſt. Hunc diem oẽs quidẽ: ſed ij maxime qui a thurcis p̃munt̃
aut initiũ ſalutis. aut vite terminũ expectant. In hoc cõuentu
ſpem poſuere afflicti nr̃i vltimã. Nolite per ĩmortalẽ deũ cõxp̃i
anos nr̃os profligatos ⁊ miſeros nr̃os. qui paulũ hodie erexe

re animos recidiuo lapſu ad poſtremã deſperationẽ cõpellere·
Nolite Germaniã: nolite Italiã prodere: ne patiamini truculẽ
tiſſimũ hoſtẽ innatantẽ ſanguine xpiano: nr̃o quoqꝫ cruore ex/
ſatiare· Q᷑ ſi vr̃i vos nõ tangat miſericordia: moueant filij vro
reſqꝫ vr̃e: qui cũ capere ipſi arma per etatẽ ⁊ ſexũ nõ poſſint vo/
bis ſe cõmendant atqꝫ orant vt pro ſe capiatis· Qui ſi hic adeſ/
ſent ⁊ pericula intelligerẽt ſua: attoniti atqꝫ expauefacti confu
gerẽt ⁊ ꝓuoluerent ad pedes vr̃os atqꝫ ita dicerent: Accurrite
auxiliamini genitores: ſubuenite nobis genitores: adeſt qui vi
tam petit nr̃am: inſtat qui ⁊ ſpũꝫ ⁊ ſanguinẽ velit eripere: auxi/
liamini: accurrite nobis: nõ poſſum⁹ ipſi arma capere· mala no
ſtra nondũ intelligimus: accurrite ipſi qui genuiſtis· qui quã/
te ĩmineant nobis calamitates videtis· Cui aut vbi relinq̃mur
que erit cõditio nr̃a: que matrũ: que ſororꝫ noſtrarꝫ· ſi capiemur
que ſi fugimus: vbi aut quõ: aut a quo ſuſtentabimur· Si genu
iſtis: facite qđ pr̃es veſtri fecerũt vobis vt viuamus tuti· Si he
redes vr̃i futuri ſumus: ne ꝑmittite prius eripi nobis bona ve/
ſtra q̃ aſſequamur· prius interfici q̃ creſcamus· ſaluos an per
ditos velit⁹· Adhuc integrũ eſt vobis: niſi nunc accurratis pau
lo poſt nõ erit· Alieno nutu peribimus: excidemur: excarnifica
bimur· Qui ſi aliter nos defendere nõ poteſtis: arripite quiſqꝫ
gladiũ ſtringite in nr̃a pectora· Facite qđ matres noſtre bello
Cinbrico fecerũt: que cũ euadere manus hoſtiũ nõ poſſent: pu
eros infantes quos vlnis geſtabant humi oẽs alliſere: benigni
us arbitrare interfici ab ipſis filios ſimplici genere mort⁹ q̃ ad
hoſtiũ ſacietatẽ excruciari· Q᷑ ſi vita erimus ſpoliati: nõ fodie
mur· nõ ſecabimur· nõ dilacerabimur· Sciet⁹ quid acciderit no
bis· cademus in gremijs vr̃is in ſepulchris noſtrorꝫ ſepeliemur
Hec filiorꝫ querela. quẽ obſecro vr̃m nõ cõmoueret cuius nõ pe
ctus menteqꝫ percuteret· Quis eſt qui non prius mori velit q̃
ad eam venire neceſſitatẽ cogat̃· vt aut pereundũ ſit crudeliter
filijs ſuis· aut ſine lare· ſine tecto· ſine dignitate nudis atqꝫ ege
nis miſere mẽdicandũ· Proinde ne expectate vt filij veſtri hec
dicant· Qui ſi mala ſua intelligerẽt iam ꝓ dixiſſent· iam vociſe/

rarent̃. Q̄ſi tam eſt impiũ: vel in media pace filios deſtituere quãto magis impiũ in bello capitali permittere in alteri⁹ ma/nũ poteſtatẽq; venire. At cui⁹ alterius: eius qui tibi: qui nomi ni tuo: qui libertati: qui ſanguini: qui vite: qui deo: qui religio ni: qui pietati: qui humanitati ſit inimiciſſimus. Qui ideo im periũ affectat tuũ: vt tibi eripiat vitam. Qui nõ preeſſe cupit li beris tuis ſed occidere. Qui nõ ideo regna querit vt, poſſideat ſed vt perdat: deleat extinguit. Qui in maxima ⁊ poſtrema cle mentia genus numerũ mortis: nõ mortẽ remittat. Qui nõ cõ/tentus genere mortis ſimplici ⁊ vſitato: palũ: ſectionẽ: ⁊ nouos alios cruciat⁹ efferatiſſime impietat⁹: ad oẽm tollendã pietatẽ excogitauit. Qui inimic⁹ legib⁹: federa violare: inimicus deo: tẽpla incẽdere: inimicus religioni: ſacerdotes inter tẽpla cõcre mare: inimicus cõſuetudini: pueros ⁊ feĩas rapere: inimic⁹ na ture: infantes ſtrãgulare: inimicus nobilitati: principes inter ficere: trucidare: lacerare nõ dubitat. Qui deniq; in deũ: in ho mines turcus eſt. Ite: inſurgite: defendite liberos vros a tãta ⁊ tam truculẽta atq; ĩmani feritate. niſi a vobis hodie inueniãt: nullã amplius a turco clementiã inuenturos. Hoc illi clamant hoc religio obſecrat: cõprecat̃: poſcunt hoc xpiani oẽs: porrect⁹ manib⁹ implorant. ¶ Tu vero digniſſime legate: obliuiſcere dignitatis tue: eamus: circũeamus: apprehendam⁹ ceſaris at/q; hoꝝ principũ genua: deuoluamur ad pedes oĩum: ne euella/mur: ne diſcedam⁹ donec ſpem illã quã hodie porrexerũt xpia/nis iam exhibeãt. Uides quãtis in anguſtijs p̃mimur: quibus dieb⁹ profecti Roma ſum⁹: populationẽ audiuimus Raguſino rũ. Porro altera in itinere eſt nunciata. Nunc in Germania. in Germania inquã quid acciderit noſti. in Germaniã iam pene tratũ eſt: terra inuadimur: mari affligimur: planis: montibus locis omnib⁹ oppugnamur. Conciderũt oĩm animi: quia quid ſperare hacten⁹ auxilij poſſent nõ habuere. Nunc paululum ad hunc cõuentũ recreati: etiã te precib⁹ proſequunt̃: orant. Nihil apud ceſarẽ ⁊ hos principes p̃termittas: inſtes: ſupplices: obte ſteris: ⁊ nec vocib⁹: nec lachrimis parcas. in hoc ſe filo vident

pendere. Si nihil hic hodie decernať ad eoꝝ ſalutē: vna ruina oēs lapſu vltio interierūt. Admoneas ceſarē dignitatꝭ ſue: dicas eā ob rem ꝯſtitutos eſſe a deo in terris principes: vt ſeruēt quib⁹ preſint: defendāt: tueanť. Et eum optimū eſſe principeꝫ qui ideꝫ in cōi ſit vtiliſſimus. Nolit neqꝫ fruſtra decreuiſſe hūc cōuentū: neqꝫ fruſtra veniſſe: nec fruſtra tot dies tanto ſtudio oīm expectatū. neqꝫ fruſtra erectos eſſe: ⁊ ſummi pontificꝭ ⁊ xp̄ianoꝝ oīm aīos: neqꝫ fruſtra tot illuſtriſſimos principes ꝯuocatos. Velit pondus imperij qđ merito ſuſcepit: fortiter ſuſtinere Cōciliet Germaniā: ſi que ſunt remittat iniurias priuſqꝫ hinc diſcedat. Juſiurādū depoſcat: erigatqꝫ ab oībus ad cōeꝫ ſalutē defendendā: concordibus: deinde animis ſumi arma iubeat. Dicas id qđ eſt ⁊ omnes eſſe fatenť eius arbitrij eſſe. quem dare ſtatū velit Germanicis rebus. eum principes habituros animū ad hoc bellū quē ipſe habuerit. Deniqꝫ id accepturos xp̄ianos a Germanis auxilij: quod ipſe voluerit. Addas ſuam cauſam agi ⁊ propter imperiū. ⁊ ꝙ ſit periculo proximus. imo iam nō modo proximus ſed implicitus īmerſuſqꝫ periculo. ne ſe negligat. ne ſubditos. ne Maximilianū filium. ne imperiū. ne famam. hec dicas. hec vociferare. Intelligat id quod iam intelligit ⁊ curat ſe defenſorem ſuoꝝ ⁊ propugnatorē xp̄ianoꝝ eſſe debere. qui idem ⁊ ſuoꝝ dominus ⁊ xp̄ianoꝝ ſit imperator. Gloriosiſſime ⁊ clementiſſime deus. inflammabunť impune ſanctuaria tua. occidenť impune infantes in Germania viuis et ſaluis his principibus. Cadet ſub Frederico et his principibus faſtigiū hoc imperij. qđ ſeptingētis iam annis a Federici ⁊ horum principū progenitorib⁹ partū eſt. Imploro ⁊ appello te ceſar ⁊ vos p̄ncipes oro per glorioſiſſimas vmbras patrū vr̄orum erigite mentē. intendite nobis dum eſt tēpus. facite vt Germania Germania ſit. ⁊ eos nūc habeat ꝓpugnatores quos olī habuit. Velitꝭ qui ⁊ principes ⁊ xp̄iani nati eſtis. ⁊ p̄ncipes ⁊ xp̄iani iniurias ⁊ acceptas ⁊ illatas obliuiſcimī. Aut ſi id nō poteſtis tātiſper cōprimite dū cōſulatꝭ vobis. Cohibite iram animi

vt conſeruare vitam poſſitis· Date has inducias deo quas vel
mediocri daretis amico·Si rogaremiui date religioni xp̄iane·
que fidem a vobis depoſcit xp̄ianā·Date cōi imperio veſtro qđ
oībus vobis periturū eſt ſi peribit·manſurū omnibus ſi perma
nebit.Date erūnis ⁊ calamitatibus oppreſſoꝝ noſtroꝝ que tot
ſunt·vt iam perferri amplius ⁊ ſuſtineri nō poſſunt·Date filiis
fratribus·propinquis ac ſubditis vr̄is·qui omnes ſe vobis cō-
mendant atq̃ orant·vt furenti hoſti ne eos iugulet reſiſtatis·
Deniq̃ hoc vnū poſtremū ac ſolum cogitate· niſi nunc thurco
obſiſtat̃·quo in ſtatu futuri ſitis ipſi·⁊ in quo filios veſtros re-
licturi·Dixi·

¶Finis·